GREGORII PAPÆ VII DECRETUM.

(Mansi, *Concil.* XX, 886.)

rius papa VII et Urbanus papa II consti- ut festivitates Romanorum pontificum ce- ıabeantur. Martyrum in IX lectionibus, rum in tribus saltem lectionibus præter dam, qui pro sua excellentia celeberrimi ıur, sicut et S. Silvester, Gregorius et alii. m quælibet Ecclesia sui patroni, et si con- uerit, festum solemniter observet, quanto orum qui totius Ecclesiæ non tam patroni atres exstiterunt, quam et usque ad martyrium verbis et exemplis instituere non destiterunt. De his quidem sanctis martyribus invitatorium, hymnus, responsoria, psalmi et versus, ut de martyribus, decantantur. Nota autem S. Gregorium papam I in graduali libro de his martyribus, sicut et de confess. pontificalia administrantibus instituisse officia, ut de S. Marcello P. et M. *Statuit ei Dominus;* et de S. Felice P. et M. *Sacerdotes.* Et hoc utique satis congrue propter excellentiam dignitatis apostolicæ.

SANCTI GREGORII VII

PONTIFICIS ROMANI

OPERUM PARS TERTIA. — CONCILIA ROMANA.

CONCILIUM ROMANUM I

PRO REFORMANDO ECCLESIÆ STATU.

Celebratum anno Domini 1074.

(Apud Mansi, *Conciliorum Collect.* tom. XX, col. 401.)

ırius, prædecessorum suorum vestigiis in- per epistolam ad episcopos Longobardiæ indixit synodum prima hebdomada Quadra- celebrandam. Statuto die episcopi qui ti fuerant magno numero adfuerunt. Ad ındam Ecclesiam a concubinariis sacerdo- rincipio statuerunt, *ut, secundum instituta* *um canonum,* inquit Lambertus, *presbyteri* *ıon habeant, habentes aut dimittant aut de- r. Nec quisquam omnino ad sacerdotium tur, qui non in perpetuum continentiam vi- cœlibem profiteatur.* Quam constitutionem ssu pontificis episcopi in Germania promul- , acciderunt quæ a Lamberto anno 1074 ıatur his verbis : *Adversus hoc decretum ı vehementer infremuit tota factio clericorum, ı plane hæreticum et vesani dogmatis esse ıs, qui oblitus sermonis Domini, quo ait :* ınes capiunt hoc verbum : qui potest ca- ıpiat (*Matth.* XIX, 11, 12); *et Apostolus :* Qui continet, nubat; melius est enim nubere ; (*I Cor.* VII, 5) : *violenta exactione homines vivere cogeret ritu angelorum, et dum consuetum cursum naturæ negaret, fornicationi et immunditiei frena laxaret. Quod si pergeret sententiam confirmare, malle se sacerdotium quam conjugium deserere, et tunc visurum eum, cui homines sorderent, unde gubernandis per Ecclesiam Dei plebibus angelos comparaturus esset.*

Nihilominus instabat, et assiduis legationibus episcopos omnes socordiæ ac desidiæ arguebat, et nisi ocius injunctum sibi negotium exsequerentur, apostolica se censura in eos animadversurum comminabatur. Archiepiscopus Moguntinus sciens non parvo constare operam hanc, ut tanto tempore inolitam consuetudinem revelleret, atque ad rudimenta nascentis Ecclesiæ senescentem jam mundum reformaret, moderatius agebat cum eis. Et primo eis in dimidium annum inducias et deliberandi copiam dedit, hortans eos ut quod necessario faciendum sit sponte faciant, et tam sibi quam Romano pontifici necessitatem adimant aliquid in eos quod secus sit decernendi. Ad ultimum congregata synodo in Erfordia mense Octobri pressius jam imminebat,